

cognoscitur, ubi crimen enorme commissum dicitur, ut II. q. V. *super causa*, ubi propter dilapidationem spoliatur, ut III. q. II. *quia ea*, ubi ex restitutione scandalum generatur, ut II. q. I. *in primis*, III. q. VI. *hoc quippe*, ubi crimen, pro quo est spoliatum, est notorium, ut II. q. I. *manifestum*. Illud tamen quidam dicunt speciale in papa, ut XXIII. di. *in nomine*. Sunt praeterae duae exceptiones, quae petenti restitutionem cum effectu obviantur: exceptio rei iudicatae super possessione: ar. supra eod. *audita*, et recusatio, ut s. e. c. II. *A'*.

o) *ibid.* v. *can. institutione*. si tamen de jure institutionis iudici liqueat, de utroque insimul potest pronuntiare, ut *extra dilecti filii* et videtur, quod de hoc petentem restitutione possit reconvenire: ut *extra bo. mem.* §. ult. §. hic tamen habetur contra *A'*.

p) Zu c. si duobus 7. de appellat. v. *juris* entwickelt er folgende staatsrechtliche Theorie ¹⁾, welche später sehr praktisch wurde: *Supple ad hoc statuti.* §. Ar. quod imperator gladium non habeat a papa: XCVI. di. *si imperator*, XXIII. *legimus*, XXIII. q. III. *quaesitum*. Ar. contra XXIII. di. c. II., XCVI. *duae*, XV. q. VI. *alius*. Ad haec dicunt quidam, quod potestatem et gladium habet tantum a principibus, quorum est imperatorem eligere ex jure consuetudinario; sub papa consentientibus principibus accusari potest et etiam deponi, subest tamen papae quoad spiritualia. Verum tamen papa imperatori non subest nec quoad spiritualia nec quoad temporalia. Ecclesia enim et *omnes res eius* a laica potestate sunt exemptae, ut XXVI. *bene*, X. q. I. *noverit*, licet eas defendere teneatur, ut XXIII. q. V. *ut principes*, XI. q. III. *nolite*, Verius est quod gladium habeat a papa. Est enim corpus unum ecclesiae, ergo unum solum caput habere debet. Item dominus utroque gladio usus est ut XCVI *cum ad verum*, I. q. III. *ex multis*. Sed Petrum vicarium suum in terris in solidum constituit, ergo utrumque gladium ei reliquit. Item si dominus materialem gladium habuit, dicas, quem principem sibi vicarium in hoc constituit. Item Moyses utrumque habuit, cuius successor est papa in novo testamento. Item ipse Petrus dixit domino: Ecce duo gladii hic; ergo illi gladii apud Petrum tunc fuerunt. Item si quoad temporalia imperator sub papa non fuisset, ergo de eis sub papa respon-

¹⁾ Die Autorschaft des *Alanus* ist durch das frühere Citat von Tancred ausser Zweifel gestellt.